

**Bijlage VWO  
2007**

tijdvak 1

**Latijn**

Tekstboekje

## Tekst 1

---

*De Trojanen hebben schipbreuk geleden voor de kust van Carthago.*

223     Et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo  
224     despiciens mare velivolum terrasque iacentes  
225     litoraque et latos populos, sic vertice caeli  
226     constitit et Libyae defixit lumina regnis.  
227     Atque illum tales iactantem pectore curas  
228     tristior et lacrimis oculos suffusa nitentes  
229     adloquitur Venus: 'O qui res hominumque deumque  
230     aeternis regis imperiis et fulmine terres,  
231     quid meus Aeneas in te committere tantum,  
232     quid Troes potuere, quibus tot funera passis  
233     cunctus ob Italiā terrarum clauditur orbis?  
234     Certe hinc Romanos olim volventibus annis,  
235     hinc fore ductores, revocato a sanguine Teucri,  
236     qui mare, qui terras omnes dicione tenerent,  
237     pollicitus. Quae te, genitor, sententia vertit?  
238     Hoc equidem occasum Troiae tristesque ruinas  
239     solabar fatis contraria fata rependens;  
240     nunc eadem fortuna viros tot casibus actos  
241     insequitur. Quem das finem, rex magne, laborum?  
242     Antenor potuit mediis elapsus Achivis  
243     Illyricos penetrare sinus atque intima tutus  
244     regna Liburnorum et fontem superare Timavi,  
245     unde per ora novem vasto cum murmure montis  
246     it mare proruptum et pelago premit arva sonanti.  
247     Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit  
248     Teucrorum et genti nomen dedit armaque fixit  
249     Troia, nunc placida compostus pace quiescit:  
250     nos, tua progenies, caeli quibus adnūis arcem,  
251     navibus (infandum!) amissis unius ob iram  
252     prodimur atque Italīs longe disiungimur oris.  
253     Hic pietatis honos? Sic nos in sceptrā reponis?'  
254     Olli subridens hominum sator atque deorum  
255     vultu, quo caelum tempestatesque serenat,  
256     oscula libavit natae, dehinc talia fatur:  
257     'Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum  
258     fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini  
259     moenia, sublimemque feres ad sidera caeli  
260     magnanimum Aenean; neque me sententia vertit.  
261     Hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet,  
262     longius et volvens fatorum arcana movebo)  
263     bellum ingens geret Italia populosque feroce  
264     contundet moresque viris et moenia ponet,  
265     tertia dum Latio regnantem viderit aestas

266 ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.  
267 At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo  
268 additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno),  
269 triginta magnos volvendis mensibus orbes  
270 imperio explebit, regnumque ab sede Lavini  
271 transferet, et Longam multa vi muniet Albam.  
272 Hic iam ter centum totos regnabitur annos  
273 gente sub Hectorea, donec regina sacerdos  
274 Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.  
275 Inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus  
276 Romulus excipiet gentem et Mavortia condet  
277 moenia Romanosque suo de nomine dicet.  
278 His ego nec metas rerum nec tempora pono:  
279 imperium sine fine dedi. Quin aspera Iuno,  
280 quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat,  
281 consilia in melius referet, mecumque fovebit  
282 Romanos, rerum dominos gentemque togatam.  
283 Sic placitum.

*Vergilius, Aeneis I, 223-283*

## Tekst 2

---

*Odysseus wordt al zeven jaar vastgehouden door de nimf Calypso, waardoor hij niet kan terugkeren naar zijn vaderland. Athena beklaagt zich hierover tegenover Zeus.*

'Odysseus,  
vol verlangen om zelfs maar de rook van zijn land te zien stijgen,  
zou het liefst willen sterven. Treft dat, Olympische godheid,  
60 u niet diep in het hart? Of was u niet blij met de offers  
die bij de schepen der Grieken in 't breedgebouwd Troje Odysseus  
aan u gebracht heeft? Maar waarom koestert u dan zulk een wrok, Zeus?'  
Daarop gaf Zeus, de Wolkenvergaarder, Athene ten antwoord:  
'Dochter van mij, welk woord ontsnapt aan de haag van je tanden!  
65 Hoe zou ik ooit de grote Odysseus vergeten, die allen  
ver overtreft in verstand en meer dan de anderen offers  
aan de onsterflijken bracht die het ruim van de hemel bewonen.  
Maar in zijn toorn blijft volharden de Aardrijkschudder Poseidon  
om de Cycloop, die Odysseus het licht van zijn oog heeft benomen, -  
70 hem, Polyfemos, een wezen dat zich met goden kan meten,  
sterkste van alle Cycopen. Hem bracht de dochter van Forkos,  
heerser over de onmeetbare zee, Thoësa, ter wereld,  
die in haar welvende grot het bed had gedeeld met Poseidon.  
Sinds die tijd laat Poseidon, de Aardrijkschudder, Odysseus  
75 rondzwerven ver van zijn land, maar ziet er van af hem te doden.  
Kom nu, laten wij allen ons over een middel beraden  
hoe hij naar huis kan komen. Poseidon zal heus wel zijn woede

laten bedaren. Want tegen de wil van de andere goden kan hij, geheel alleen, zich onmogelijk blijven verzetten.'

*Homerus, Odyssee 1, 57-79; vertaling H.J. de Roy van Zuidewijn*

## Tekst 3

---


*Venus vraagt Vulcanus nieuwe wapens voor Aeneas te vervaardigen.*

370 At Venus haud animo neququam exterrita mater  
371 Laurentumque minis et duro mota tumultu  
372 Volcanum adloquitur, thalamoque haec coniugis aureo  
373 incipit et dictis divinum aspirat amorem:  
374 'Dum bello Argolici vastabant Pergama reges  
375 debita casurasque inimicis ignibus arces,  
376 non ullum auxilium miseris, non arma rogavi  
377 artis opisque tuae, nec te, carissime coniunx,  
378 incassumve tuos volui exercere labores,  
379 quamvis et Priami deberem plurima natis,  
380 et durum Aeneae flevisse saepe laborem.  
381 Nunc Iovis imperiis Rutulorum constitit oris:  
382 ergo eadem supplex venio et sanctum mihi numen  
383 arma rogo, genetrix nato. Te filia Nerei,  
384 te potuit lacrimis Tithonia flectere coniunx.  
385 Aspice qui coeant populi, quae moenia clausis  
386 ferrum acuant portis in me excidiumque meorum.'  
387 Dixerat et niveis hinc atque hinc diva lacertis  
388 cunctantem amplexu molli fovet. Ille repente  
389 accepit solitam flamمام, notusque medullas  
390 intravit calor et labefacta per ossa cucurrit,  
391 non secus atque olim tonitru cum rupta corusco  
392 ignea rima micans percurrit lumine nimbos;  
393 sensit laeta dolis et formae conscientia coniunx.  
394 Tum pater aeterno fatur devinctus amore:  
395 'Quid causas petis ex alto? Fiducia cessit  
396 quo tibi, diva, mei? Similis si cura fuisset,  
397 tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset;  
398 nec pater omnipotens Troiam nec fata vetabant  
399 stare decemque alios Priamum superesse per annos.  
400 Et nunc, si bellare paras atque haec tibi mens est,  
401 quidquid in arte mea possum promittere curae,  
402 quod fieri ferro liquidove potest electro,  
403 quantum ignes animaeque valent, absiste precando  
404 viribus indubitare tuis.' Ea verba locutus  
405 optatos dedit amplexus placidumque petivit  
406 coniugis infusus gremio per membra soporem.

*Vergilius, Aeneis VIII, 370-406*

## Illustratie

1



2



3

4

## Tekst 4

---

*In een spoedberaad van de Latijnen stelt koning Latinus voor om aan de Trojanen een groot stuk land te geven. Helaas komt dit voorstel te laat, want tijdens het beraad komt het bericht dat de Trojanen de stad aanvallen.  
In onderstaande tekst reageren de Latijnen op de aanval.*

- 468 Ilicet in muros tota discurritur urbe.  
469 Concilium ipse pater et magna incepta Latinus  
470 deserit ac tristi turbatus tempore differt  
471 multaque se incusat qui non acceperit ultro  
472 Dardanium Aenean generumque asciverit urbi.  
473 Praefodiunt alii portas aut saxa sudesque  
474 subvectant. Bello dat signum rauca cruentum  
475 bucina. Tum muros varia cinxere corona  
476 matronae puerique, vocat labor ultimus omnes.

*De koningin en haar gevolg roepen de hulp in van de godin Pallas Athene:*

- 477 Nec non ad templum summasque ad Palladis arces  
478 subvehitur magna matrum regina caterva  
479 dona ferens, iuxtaque comes Lavinia virgo,  
480 causa mali tanti, oculos deiecta decoros.  
481 Succedunt matres et templum ture vaporant  
482 et maestas alto fundunt de limine voces:  
483 'Armipotens, praeses belli, Tritonia virgo,  
484 frange manu telum Phrygii praedonis et ipsum  
485 primum sterne solo portisque effunde sub altis.'

*Vergilius, Aeneis XI, 468-485*

*Aantekeningen*

- regel 468*      **tota urbe** door de hele stad  
                        **discurritur** men rent van alle kanten  
*regel 469-470* **Concilium et magna incepta deserit** (hij) verlaat de vergadering en laat de belangrijke voorstellen die hij daarin gedaan heeft, rusten  
*regel 471*      **multa** veelvuldig  
                        **qui** + conj. omdat hij  
*regel 472*      **Aenean** acc. van Aeneas  
                        **generum** predicatief vertalen  
*regel 473*      **alii** de andere Latijnen  
*regel 475*      **cingo** bevolken  
                        **corona** menigte  
*regel 477*      **Nec non** = Et  
                        **-que** namelijk  
*regel 478*      **subvehitur** onderwerp regina  
                        **subvehor** + abl. omhoog rijden vergezeld door

<i>regel 479</i>	<b>comes</b> <i>predicatief vertalen</i>
<i>regel 480</i>	<b>Lavinia</b> <i>dochter van Latinus</i>
<i>regel 481</i>	<b>oculos deiecta</b> <i>de ogen neergeslagen</i>
<i>regel 482</i>	<b>ture vaporo</b> <i>met damp van wierook vullen</i>
<i>regel 483</i>	<b>fundo</b> <i>laten horen</i>
<i>regel 484</i>	<b>limen</b> <i>ingang</i>
<i>regel 485</i>	<b>Tritonia virgo</b> <i>Pallas Athene</i>
	<b>ipsum</b> <i>Vul aan eum</i>
	<b>solum</b> <i>grond</i>
	<b>effundo</b> <i>ombrengen</i>